

Barolum. Nos Iacobus de Magistro Bruno Regalis Baroli Iudex. Thomasius de Magistro Henrico puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti licitati *etc.* presenti scripto puplico fatemur, quod predicto die pascalis de prothomagistro Concivis noster infirmus Iacens, recte tamen et memoriter loqui valens, bonorum suorum sibi condidit testamentum seu dispositionem extremam *etc.* In quo predicto suo ultimo testamento Instituit sibi heredes in omnibus bonis suis *etc.* Iohannem dictum Sanneum fratrem suum. Iohannam uxorem qd. Mathei de padula, pascam uxorem qd. Magistri Nicolai de guarnerio et Stephaniam uxorem franci Candelerii sorores suas. Et intercetera que continentur in testamento predicto legavit Ecclesie Sancte Marie de Episcopio de barolo domum unam suam sitam in pictagio Sancte Marie iuxta domum franci de Riso iuxta litus maris viam puplicam et alios confines, cui Ecclesie Sancte Marie de Episcopio legavit uncias auri sex, tres scilicet pro actanda et reficienda domo predicta et alios tres pro cantandis missis per clericos ecclesie memorate pro anima sua. Ita tamen quod Clerici dicte Ecclesie Anno quolibet teneantur imperpetuum facere anniversarium pro anima sua et uxoris sue, dicta uxore sua consentiente, et in ipso suo testamento predicto statuit ordinavit et fecit epitropos et executores et distributores dicti sui testamenti fratrem Tancredum guardianum Ecclesie Sancti francisci ordinis fratrum minorum de Barolo, Guillelmum de Maroldo et dompnium Matheum de Episcopio, quibus suis executoribus dedit plenam potestatem *etc.* In cuius rei testimonium et dompni Marini Russelli Clerici et Cappellani predicte Ecclesie Sancte Marie de Episcopio ac vicarii ut dixit domini francisci f. qd. domini Guillelmi de Marra Archipresbiteri dicte ecclesie ac nomine et pro parte Capituli memorate Ecclesie presens puplicum instrumentum factum est *etc.* Quod scripsi ego predictus Thomasius puplicus baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Iacobus qui supra Regalis Baroli Iudex. (*Segno*).  
(*Mancano le sottoscrizioni*).

#### *Notitia testium:*

Dopnus Thomasius de marra, petrus de arpia, dopnus vincentius sarruli, dompnus Bartholomeus abbas, dompnus Guillelmus cantor, dopnus buczulus, dompnus sabastianus, Iaconus nicolaus Iudicis Iohannis de vicario, dompnus Georgius et dopnus Matheus et Guillelmoctus de padula.